Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26048
Copyright: Admont, Benediktinerstift



vitium emendare contemp
nunt. nec se de superbia re
dargui estimant. quia esse
se humiles putant. Qui eci
am redargui despiciunt. dū
sapienciores se et ipsis re
darguentibus arbitrantur.
Quod vero ait. et ego non
secundum vestros sermones
respondebo ei. Bene beato
iob. non secundum sermo
nes eorum respondere se di
cit. Arrogantes enim intra
sanctam ecclesiam constitu
ti. respondent contra eam
sed non sicut heretici exte
rius positi. Neqz enim con
tradicunt ei. prava predicā
do. sed perverse vivendo.
quia nec de deo. ut heretici
indigna senciunt. sed de se
plus quam necesse est dig
na suspicantur. Sequitur
Extimuerunt nec respon
derunt ultra. Abstulerūtqz
a se eloquium. Bene ad he
liu verba amici iob. extim
uisse referuntur. quia nō
numquam arrogantes ec
clesie defensores. quamvis
ordinem dicendi non tene
ant. tamen adversarios.
ipsa dictorū virtute pertur
bant. Sequitur. Quoniā
igitur expectavi. et non s̄
locuti. Steterunt. nec respō
derunt ultra. Finis esse lo
cucionis sapiencium solet
ut eo usqz dicant. quo usqz
adversariis silencium im
ponant. Non enim se osten
dere. sed prava docentes cō

pescere cupiunt. Postquam
vero de amicis iob dictum
est. extimuerunt. nec respō
derunt ultra. Abstulerūtqz
a se eloquium. Heliu vero sub
iungens ait. Expectavi et
non sunt locuti. Steterunt.
nec responderunt ultra. Et
illis iam silentibus verba
multiplicat. quia videlicet
vir arrogans. et formam in
se arrogancium ostentans.
non adversariorum dicta
superare. sed suam sapien
ciam ostentare festinat. Un
de sequitur. Respondebo et
ego partem meam. et osten
dam scienciam meam. Hāc
enim partem suam omnes
arrogantes estimant. si sci
enciam non tam habeant.
quam ostendant. quia nimi
rum omnes elati scienciam
non habere appetunt sed os
tendere. Quo contra bene
per moysen dicitur. Vas
quod non habuerit opercu
lum. nec ligaturam desuper.
in mundum erit. Tegmen
quippe operculi vel ligature
est censura discipline. qua
quisquis non premitur qua
si vas in mundum. pollutūqz
reputatur. An non vas sine
operculo heliu fuerat. qui
hanc esse partem suam esti
mauerat. si ostenderet scie
ciam quam habebat. Qua
si enim vas sine operculo vel
ligatura polluitur. qui per
studium ostentacionis pa
tens. nullo velamine tacitur